

promoti, ornamentis, insignibus, privile-
gijs, prærogativis, exemptionibus, honori-
bus, præeminentijs, favoribus, indultis,
& gratijs, uti, frui, potiri & gaudere quo-
modolibet, consuetudine, vel de Jure,
omni dolo, fraude, contradictione quo-
rumcunq;, ac sinistra machinatione subla-
ta penitus, ac remota.

*Adhibita jam solennitates, Auditores Le-
tissimi, non frustra & sine evidenti aliqua
ratione à Veneranda antiquitate introductæ
consentur, sed quævis earum proprias suas &
singulares habere doctrinas videtur. Nam
quemadmodum antiquitus apud Romanos usus
receptum fuit, ut fortissimi belli Duces, de-
victis profligatisq;, hostibus Laurea Corona,
tanquam infallibili illo trophæo coronaren-
tur, coronati curru inaurato triumphantes
per Urbem Romam veherentur, juxta illud
Ovidij.*

Tu Ducibus lætis aderis cum læta triumphum.

Vox canet, & longas visent capitolia pompas.

*Ita etiam ab iisdem non minus rectè beneq;
constitutū, & laudabilis iste mos ad nostra usq;
tempora derivavit, ut is, qui post multos eosq;
varios exantlatos labores, indefessas curas, &
molestias devoratas, stupide Inscitia nubes,
capitalis Ignorantia tenebras, improba Desidia*

rubè